

memus. *Mittunt enim Judæi ad Joannem Sacerdotes & Levitas, & non aliquos ex fece plebis.*

3. Judæi Joanni Messiaæ honorem offerentes, testantur, tempus Messiam exhibendi jam advenisse, & hoc suo testimonio posteros suos adhuc Messiam expectantes, erroris convincunt.

1. Regum 21.

4. Diabolus adhuc arrogantiaæ laqueo homines conatur intricare, nec mirum. Est enim dulce venenum *Φιλαντία*. Ita etiam Regi Ahab per Isabelem insusurrabat: *Quale regnum in Israel sine te constaret?* Fugiamus itaq; falsos ejusmodi persuasus.

II. Responder Joannes,

1. Negatiuè: *se non esse Christum, nec Eliam, sc. Mesbitem neq; Prophetam veteris testamenti, &c.*

V S V S.

1. Exemplo Joannis Ecclesiaæ pastores sint parati ad docendum, & revocandum homines in doctrinâ errantes. Joannes intelligens, quod Judæi illum Messiam esse statuebant, non expectat, donec quærunt, num Messias sit: sed suâ sponte respondet, eosq; refutat: *Non sum Christus.*

2. Jo.